

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz
Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz
Band: 61 (1906)

Artikel: Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1
Autor: Liebenau, Theodor von
Kapitel: Urkunde Nr. 260 bis 269
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 08.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

diligenti et tractatu premisso solempni, quem circa huiusmodi negotia premitti et adhiberi suadent sacrorum | canonum instituta, expresse et voluntarie approbamus, ratificamus, et hujus scripti patrocinio communimus, eadem traditionem, collationem et donationem factas de Jure patronatus Ecclesie memorare, usibus perpetuis Capituli | Constantiensis et Camere eiusdem ad cautelam superhabundantem innouamus et de novo facimus eadem, ac rationabiliter consummamus; Iusque patronatus Ecclesie predicte, usibus perpetuis Capituli prefati Constantiensis et ipsius | Camere, cum pleno et omni Jure conferimus, tradimus et donamus eiusdem, traditione, Collatione et donatione in perpetuum et irreuocabiliter duraturis, adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis uerborum et gestis | tuum solemnitatibus debitibus et consuetis. Et in euidentiam singulorum, et omnium premissorum, ipsorumque perpetuam et inviolabilem firmitatem presentibus appendimus Sigilla nostra. Datum et actum in Ecclesia nostra Beronensis | Anno Domini Millefimo — — Trecentisimo — — Tercio — — IIII. Idus Januarij Indictione — — prima — — —

An der Urkunde hangen an blau und weißen Schnüren zwei Ovalsiegel:

1. S. Udalrici de Landenberg prepos. Eccles. Beronen.
2. S. Capituli Beronensis Ecclesie.

Original im Familienarchiv der Pfyffer-Feer, Luzern.
Kopienbuch 307, N 79 in Karlsruhe. Regesten der Bischöfe von Konstanz, II, N. 3302.

Nr. 260.

1303, 30. Januar, Münster.

Verordnungen des Stiftes Münster: a) betreffend Verkauf von Präbenden; b) Bau von Speichern durch Chorherrn; c) Pflichten beim Antritt der Pfründen; d) Stiftung von Jahrzeiten; e) Eid des Custos; f) Sistierung der Aufnahme neuer Chorherrn.

In nomine sancte et individue trinitatis amen.

Dignum est et consentaneum rationi, vt eaque profectum Ecclesiarum respiciunt et honorem ad effectum perduci valeant a fidelibus sollicitudo et diligencia est non modica adhibenda. Hinc est, quod Nos Vlricus de Landenberch prepositus et capitulum Ecclesie Beronensis perspecto commodo et honore circa ecclesiam Beronensem et pensata utilitate, que potest Canonicis dicte Beronensis Ecclesie provenire per prebendas, quas quidam Canonicorum dicte Beronensis Ecclesie ad manus laicorum per contractum vendicionis inter ipsos initum transferebant. Constatuimus immo verius ordinamus, vt nulli Canonicorum nostrorum Ecclesie memorate prebendam suam, quam habere dinoscitur in eadem, cuiquam laico cuiuscunque professionis existat, vendere liceat, etiam causa necessaria, qua compelli videtur ad venditionem sue prebende faciendam penitus interdicta. Sed si quisquam Canonicorum prefatorum suam prebendam cuiquam suorum concanonicorum vendere disposuerit uel curarit, ad hoc perficiendum et complendum liberam habeat potestatem.

c) Porro, ne quisquam laicorum vbi cunque seu in villa Beronensi uel alibi moratus fuerit spicarium iuxta murum ambientem et circumdantem predictam Ecclesiam Beronensem locet uel edificet, de cetero fieri prohibemus. Et si quodpiam spicariorum ab eodem loco per ipsos laicos vel aliquem ipsorum amoueri contigerit, nolumus, quod ibidem uel in alio loco iuxta eundem murum iterato locetur vel aliqualiter construatur. Si uero quisquam Canonicorum dicte Ecclesie Beronensis spicarium prope murum antedictum locare uel edificare uoluerit, dummodo ad suam propriam personam singulariter pertineat, hoc fibi fieri pacifice permittatur.

c) Preterea per eandem constitutionem volumus irretractabiliter obseruari, vt si Clericus quicunque ad Ecclesiam Beronensem in Canonicum receptus fuerit et in fratrem, Ipso Canonicu nondum fructus ipsius Ecclesie prebende percipiente fine mora cum prebendam in eadem Ecclesia affecutus fuerit et adeptus, ex tunc Ipse pro Cappa deputanda ad chori decorem et ornatum ab ipso pro vna Marcha argenti comparanda praefestet

cautionem. Et cuilibet Canonicorum dicte Beronensis Ecclesie in loco residentium nec non et Scolastico et cuilibet facerdotum chori vnum Staupum vini et vnum panem et cuilibet Officiatorum vnam mensuram vini tribuat ex quadam curialitate et consuetudine approbata.

c) Bone rei dare consilium et presentis vite subsidia et eterne retributionis merita prestolatur. Hinc est, quod Nos Vlricus de Landenberch, Prepositus — — — Totumque Capitulum Ecclesie Beronensis matura prehabita deliberatione, Considerantes, quam Bonum, quam Decens, quam vtile, quam honestum existat, ut quilibet Canonicorum Ecclesie nostre Beronensis suum constituat anniuersarium, de quo Ipsius annalis agatur memoria, postquam viam ingressus fuerit vniuerse carnis, statuimus et irrefragabiliter ordinamus, ut ab hac die inantea prouentus anni gratie cuilibet Canonicorum decedentium integraliter de omnibus redditibus prebende qualitercumque obuenientibus siue in pane, siue in vino, siue in frumento, siue in pecunia, siue de anniuersariis, vel etiam de Camera ministrentur. Et dicti prouentus fideliter colligantur ab hiis, quos Prepositus, qui pro tempore fuerit ad hoc duxerit deputandos. Possessionesque de ipsis emantur siue redditus, qui ad anniuersarium ipsius secundum ordinationem ipsius decedentis, qui si in vita sua nichil ordinauerit, secundum ordinationem Prepositi uel eorum ad quos hoc de Capitulo deputaverit, diuidentur. Eo tamen salvo, quod liceat cuilibet Canonicorum, si voluerit, redditus anni gratie hucusque perfolutos et qui solui confueverunt ab antiquo, videlicet panem simplicem cum suis appendicis, porcos hōbales, avenam dictam Vrehta, legumen, frumentum et vinum, si in grofso diuidi contingat illo anno, dare creditoribus suis seu parentibus, uel aliis quibus cunque aliis redditibus et prouentibus in anniuersarium ipsius omnimode conuertendis. Contradicione ipsius decedentis uel alterius cuiuslibet non obstante. Datum et actum Berone anno domini M⁰CCC⁰III⁰. III, Kalendas Februarii, Indictione prima.

c) Nos prepositus . . . Totumque Capitulum Ecclesie Beronensis, Statuimus et ordinamus, ut Custos qui nunc est,

et qui pro tempore pro conferuatione sigilli capituli nostri cum vno de Concanonicis nostris, qui vna secum iuret ad sancta dei ewangelia dictum sigillum fideliter custodire sub duabus clauibus, ita quod vterque vnam clauem deferat. Nec unus sine alio ipius Sigilli habeat aliquam potestatem. Et si alter eorum fuerit impedimento legitimo prepeditus quoisque impedimentum cessauerit, vni de nostris concanonicis committere vices suas. Datum Berone anno, Kalendis et Indictione pretaxatis.

c) Et est sciendum, quod Nos predicti Prepositus et Capitulum ad evitandum scandalum, quod propter infinitatem et effrenatam multitudinem in Canonicos dicte Ecclesie nostre receptorum et adhuc propter importunitatem potentiam recipiendorum posset non immerito suboriri, Statuimus et Ordinamus, ut usque ad Decem annos completos nullus ad preces cuiuscunque, seu motu proprio recipiatur in Canonicum Ecclesie nostre prenotate. Datum et actum loco, anno, Kalendis et Indictione pretaxatis.

Liber crinitus fol. 36,b—37; 54,b—55; Artikel a—d.

Vgl. unten 1326, 15. September die bischöfliche Bestätigungsurkunde.

Vgl. Segesser, Rechtsgeschichte II, 848 f.

Im Stiftspersonal trat damals ein rascher Wechsel ein, es starben die Chorherren Johann von Liele, 1301, 15. Oct.; Arnold von Reinach, Kuster, 1302, 15. Sept.; Berchtold von Reinach, 1303, 23. April; Walther von Veltheim, 1303, 3. Juni; Dietrich Hospitis, 1305, 19. Mai; Heinrich von Wile, 1308, 5. März; Marquard von Ruda, 1308, 15. Nov.; Konrad von Landenberg, 1309, 1. Juni; Ulrich von Ruda, 1309, 22. Juli; Matthis von Büttikon, 1310, 20. März; Hermann von Landenberg, Kuster, 1311, 19. Sept.; Johann von Büttikon, 1313, 15. Januar; Ulrich von Richenthal, auch Chorherr in Zofingen, 1314, 16. Mai; Volmar von Thomarkilch, 1314, 5. Juni.

Nr. 261.

1303, 2. Februar, Münster.

Verkauf eines Gutes in Triengen durch das Stift Münster
an Arnold Truttmann.

Univerfis prefencium inspectoribus, feu auditoribus . . .
Capitulum Ecclefie Beronensis noticiam subscriptorum cum nos
| ob imminentem necessitatem Ecclefie nostre predice videlicet
in expensas cause quam habuimus et habemus contra dominum
| de Kiburg¹⁾, bona noſtra fita in Triengen, reddentia annuatim
ſex et dimidium malterum spelte, duo et dimidium | malterum
auene et xx solidorum denariorum comparata quondam de
rebus et pecunia honesti viri domini Ulrici de Landenberch
prepositi | nostri videlicet quadraginta et ſex libros denariorum
neconon de viginti libris denariorum, domini H. quondam
Beronensis Ecclefie in Sem- | pach, de viginti quoque libris
denariorum B. dicti Schenkon quondam ferui dicte Ecclefie
noſtre, a domino Götfrido dicto | dem Bern de Eptingen militis
ad ipſorum tamen predictorum memorias et anniverſaria cele-
brandas, ut inferius | eft expreſſum, de communi confilio et
uoluntate uendidimus, Arnoldo dicto Trutman officiali Ecclefie
noſtre | predice pro octuaginta ſex libris denariorum uſualium
et ipſam pecuniam convertimus in uſus Ecclefie noſtre predice
| iſte dicti teſtatores ne ſuis aliquatenus voluntatibus defrau-
dentur quo ad celebrationem dictorum memoriarum, et anniverſariorum | promittimus bona fide pro nobis noſtrisque ſucceſſoribus annuatim de communi granario noſtro ministrare, primo
quo | ad uitam dicti domini noſtri . . . prepositi in memoriam
ipſius quam prima feria poſt exultationem ab aliis anniverſarium uacante | cum missa pro salute uiuorum constituit cele-
brari, ſeptem modios spelte, tres modios aueue, et quinque solidorum denariorum Item tantundem in ſpeltis, auenis et denariis ad
ſecundum memoriam ipſius prima feria ut dictum eft vacante poſt
festum nativitatis | beati Johannis Baptife modo prehabito cele-
brandam poſt mortem autem ipſius dicta erogatio quam feria prima

(1) Habsburg Kyburg 1291.

post exultationem | instituit ad ipsius cedere anniversarium die quo occurrit celebrandum memoriam eius proxima feria post Johannem, ut dictum est | non feriata cum missa pro defunctis et aliis consuetis, per omnia remanente, Ex hiis predictis tribus modis tritici | prouenientibus de bono dicto B. de Reitnowa quod fint comparatum ab Ulrico dicto Bischof quod dictus dominus antedicta | Ecclesia comparauit, pro ipsa memoria pauperibus tres modi spelte prebendariis unus tritici Canonicis tam residentibus quam residentes uisitationi sepulchri ac uigilie post mortem eius, et misse tam post quam ante mortem eius inter | fuerint, quam in ea obtulerint sacrificium, tres modios spelte in pane et in uino refiduum erogetur. Ita tamen, ut in predicta canonicorum perceptione cuilibet in canonicatum exspectantibus pro defectu sacerdotum receptis, unus panis curialis cum iiii denariis | fine ammunitione qualibet ministretur pro alia que memoriam ut anniversarium cum acciderit similis per omnia distributio Canonicis | prebendariis et hiis qui defectu sacerdotum recipiuntur, ac pauperibus diligentibus ut eidem obseruetur. Item ad anniversarium | dicti H. de Sempach, pauperibus duo modii spelte prebendariis quinque solidi, canonicis tam residentibus, quam residentibus uisitationi et misse ac vigilie interfuerint, duo modii spelte in pane, duo modii spelte, et duo modii auene | in uino et granario nostro ministrabuntur cum effectu, Reliquo uero percepto dictorum reddituum uidelicet sex | modii spelte duo modii auene et quinque solidi denariorum dicto Schenken predicte pecunie ratione cedentes Berchte relicte ipsius pro uita sua ministrabuntur, et post mortem eius pro ipsorum amborum anniversariis celebrandis eo modo, quo in descriptione anniversarii dicti domini de Sempach reperitur expressus, dictos redditus per omnia fideliter expendemus. In euidentiam autem omnium premissorum, sigillum nostri capituli duximus presentibus appendendum. Datum Berone anno domini M⁰CCC⁰III. in festo purificationis beate virginis. Indictione prima.

Im Auszug gedruckt: Neugart: Ep. Const. II. 564.
Copie von X. W.

Nr. 262.

1303, 21. April.

Propst und Capitel von Münster befreien Pfarrer Wernher von Hochdorf von der Pflicht, an das Stift von seinen Einkünften jährlich 6 Pfund Pfennige zu entrichten.

Noscant, quos noscere fuerit oportunum, quod nos Ulricus de Landenberg, totumque capitulo Ecclesie Beronensis propter fereuicium et obsequia nobis et dicte nostre Ecclesie per discretum virum dominum Wernerum incuratum in Hochdorf non semel impensa, sed sepius et deinceps impendenda, eidem domino Wernhero sex libras nobis annis singulis de oblationibus et remediis Ecclesie in Hohtdorf reddendas seu assignandas per incuratum ipsius Ecclesie, qui pro tempore fuerit institutus, quoad uixerit ipse dominus Wernherus remittimus et ipsum ab earundem sex librarum prestatione obsoluimus per presentes. In premissorum testimonium Sigilla nostra presenti instrumento appendenda facientes. Datum anno domini M⁰CCC⁰III⁰., feria secunda ante festum beati Marci ewangeliste.

Liber crinitus fol. 27, b.

Nr. 263.

1303, 7. Mai, Münster.

Ulrich von Landenberg, Probst zu Münster, stiftet im Kloster Rathausen eine Jahrzeit für seinen Bruder Hermann, Marschall der Herzoge von Oesterreich, und für sich, setzt auch seiner Schwester Hemma ein Leibgeding aus. —

Äbtissin Ratzenhofer schreibt in der Klosterchronik von Rathausen: 1303 vergabt Herr Ulrich von Landenberg, Propst zu Münster, 60 Pfund. Gelts mit Vorbehalt eines Jarzyts. Handschrift im Staatsarchiv.

Nr. 264.

1303, 7. Mai, Münster.

Revers des Klosters Rathausen betr. die Vergabung des Propst Ulrich von Landenberg für Marschall Hermann und Hemma v. Landenberg.

Universis presentium inspectoibus seu auditoribus . . .
 Abbatissa et Conuentus . . . monasterii in Rathusen salutem
 et credere subnotatis. Cum honorabilis vir dominus Ulricus de
 Landenberch Prepositus Ecclesie Beronensis sexaginta libras
 monete | usualis nobis ad emptionem bonorum suorum in
 barrochia Ecclesiae in Buttensulz que dicuntur stuben muli |
 de pura voluntate contulerit nosque dictas sexaginta libras ab
 eo integre numeratas et receptas in emptionem dictorum |
 bonorum conuerterimus factam a Marquardo de Buthen-
 sultz Laico. Nos ut ipsius deuotioni quam in hiis et in
 aliis | ad nostrum monasterium habere dinoscitur uicissitudo
 non imerito a nobis debita rependatur eidem pro nobis nobisque |
 succedentibus, de comuni confilio et unani volunta bona
 fide promittimus anniuersarium uel memoriam | domini Hermani
 de Landenberch militis Marschalci Illustrissimi domini . . ducis
 Austriae, fratris ipsius domini . . prepo- | siti in vigilia beati
 Johannis Baptiste vel aliquo dierum precedentis ebdomade
 magis apto, commissa pro salute uiuorum dum | uixerit, et post
 mortem ipsius commissa pro defunctis, aliisqne consuetis annis
 singulis celebrari et in ipsa | celebrationis die de medietate
 dictorum reddituum videlicet triginta solidos denariorum, con-
 ventui nostro commitere, vinum ac pisces ad estimationem
 dicte pecunie totaliter ministrare. Quod si casu aliquo impu-
 tabili aut negligentia vel | anniuersarii, aut memorie, ut dictum
 est celebratio, vel dictorum triginta solidorum sub nos modis
 prescriptis erogatio fuerint | pretermisse, ipsa portio census
 eiusdem anni ad . . Thesaurarium Ecclesie Beronensis predicti
 qui fuerit pro tempore, deuoluetur | qui dictum anniuersarium,
 vel memoriam prout facienda fuerint de ipsa pecunia in
 Ecclesia predicta Beronensi faciet | celebrari. Preterea reliquam
 partem reddituum videlicet xxx sol. Hemme dicte de Landenberg

forori nostre pro uite | sue tempore, promittimus ut dictum est bona fide annis singulis in festo beati Martini, elemosine nomine presenta | re, post mortem autem ipsius Hemme dictos xxx ta solidos ad refectionem conuentus nostri expendentur in anniversario dicti domini .. prepositi in nostra Ecclesia die quo voluntas divina decernerit celebrando per omnia ut superius est expressum. | Quod si casu imputabili aut negligentia ut superius tactum est, vel dicta xxx ta solidi prefate Hemme facien- | da presentatio, vel anniuersarii celebratio cum occur- rerit prefate non fuerit modo prehabito, dicta redditum portio, ad | prenotatum dominum Thesaurarium pertinebit, qui id quod faciendum fuerit, uel in presentatione dictorum triginta solidorum | ipsi Hemme facienda, ut in celebratione ipsius anniversarij in Ecclesia Beronensi prehabita de ipsa pecunia exequatur | et hec omnia et singula pro nobis, nobisque suc- cedentibus confitemur. Et ad ea, et quodlibet eorum nos presentibus | obligamus promittentes eidem domino thesaurario et omnibus suis successoribus dictos redditus, uel intotum | vel in parte ex tante conditione fine difficultate qualibet presentare, ordinatio de ipsis ut superius est notatum. | In quorum omnium testimonium praefens instrumentum est confectum, et sigillorum nostrorum videlicet. Abbatisse et conuentus et ipsius | Thesau- rarii munimine roboratum. Datum Berone et actum anno domini M⁰CCC⁰III⁰. Nonis Maij Indictione prima.

Liber Crinitus 30b—31. Copie von X. W.

Original im Archiv Rathausen. Gedruckt im Geschichtsfreund XXXVI, 280—281.

Nr. 265.

1303, 1. Juni, Münster.

Uebergabe eines lebenslänglichen Zinses an die Schwestern Ita, Margret, Katarina und Lena, Klosterfrauen in Ebersecken, durch das Stift Münster.

Volricus de Landenberg prepositus — totumque Capitulum Ecclesie Beronenfis, vniuerfis presentium inspectoribus feu | auditoribus salutem et credere subnotatis, Cum discretus dominus

Wal. de Velthein canonicus noster in nostra constitutus | presentia, bona sita in Beche redditia annuatim tria maltera Auene et undecim modios spelte, que ipse | a nobis et Ecclesia nostra predicta Emphitheotico iure possedit, ad manus nostras vice et nomine dicte Ecclesie | nostre, cum omni iure suo in eisdem competenti libere resignarit, nos ut eius deuotioni erga nostram | Ecclesiam, in hiis et non nullis aliis habite uicissitudo debita rependatur promittimus bona fide pro nobis | nostrisque successoribus universis, Ite, Margarete, Katherine et Lene filiabus Anne dicte de Wile foro- | ribus Monasterii in Ebersegg, Ordinis Cyfteriensis, et cuilibet earum in solidum uel cuiusque perlone cui hoc | duxerint committendum, dictam censuum summam, uidelicet tria maltera auene, et vndecim modios spelte pro suis | necessitatibus vt uoluerint expendendam annuatim deinceps ex integro de communi nostro granario ministrare, nisi per sterilitatem, aut cladem aliam censuum fiat diminutio predictorum secundum cuius quantita- | tem quo ad dictas personas tempore et defectus ipse durauerit dicte fiet diminutio pensionis prenotatis censibus; | post dictarum quatuor personarum deceffum ex integro ad nostram Ecclesiam reuerfuris hoc specialiter et nomina- | tim cauto, quod dictarum personarum vna aut pluribus mortuis apud superstitem aut superstites primo precipiendis | dictam pensionem in solidum remaneat, vt est dictum, dictam pensionem annuatim in festo beati Martini | ex integro perfoluenda, Ita tamen, vt de parte dictorum bonorum, que dicitur des voglers güt thesaurarie | ecclesie nostre prefate de pensione prehabita decem et octo denariorum annis singulis deducantur, Et ad haec omnia | et singula nos nostrosque successores presentibus obligamus. Renunciantes pro nobis | nostrisque successoribus omni exceptioni in factum contra personas quoque predictas de proprio non habendo, et | generaliter omni allegationi juris aut facti constitutioni edite uel edende et confuetudinibus quibuscumque | introductis uel introducendis per que dicte promissio de prestatio seu renuntiatio retractari uel impe- | diri possent in totum uel in aliqua sui parte. Testes hiis interfuerunt domini, Gerungus

de Seconis | Petrus de Berona Canonicus, Hugo dictus Rafor,
et Berchtholdus de Seconis prebendarij Ecclesie Beronenfis, et
| alii quamplures fide digni. In horum omnium testimonium
figilla nostra videlizet . . . prepositi et capituli presentibus |
appendentes, Datum et actum Berone, Kalendis Junii, Anno
domini M^oCCC^oIII^o Indictione prima.

Liber crinitus, 27b. Copie von X. W.

Nr. 266.

1303, 26. Juni, Münster.

Revers von Propst uud Capitel von Münster gegen
Walther Truher von Pfaffnau und dessen Frau wegen des
vergabten Truhergutes.

Vniuerfis presentium inspectoribus seu auditoribus Volricus
de Landenberg, prepositus, totumque Capitulum Ecclesie Beronensis
salutem et credere subnotatis. Constituti coram nobis
Waltherus dictus Thruher de Phaffnang et Margareta de Altenbach
uxor ipfius, serui Ecclesie nostre prædicte, bonum dictum
Truhersgut, quod eis iure proprietatis pertinuit, nobis et Ecclesie
nostre prefate libere tradiderunt iuste donationis titulo perpetuo
possidendum. Nos igitur, ut ipsorum in hac parte deuotionis
vicissitudo non inmerita rependatur, ipsi et utriusque ipsorum
in solidum quo ad suam vitam dictum bonum sub annuo
cenfu quatuor denariorum annuatim in festo beati Michahelis
in autumpno nostro cellarario soluendorum iure empheteotico
concessimus et concedimus per presentes Ita, ut post amborum
decessum dictum bonum ad nos et Ecclesiam nostram ex integro
reuertatur. In horum testimonium Sigilla nostra, videlicet —
— prepositi ac capituli presentibus appendentes. Datum et
actum Berone anno domini M^oCCC^oIII^o, in die sanctorum
Johannis et Pauli, Indictione Prima.

Liber crinitus fol. 7, b, u. 40, b, wo nach In horum
testimonium folgt: anniuersariorum nostrorum libro duximus
annotari. Datum etc.

Nr. 267.

1303, Oesterreich-Urbar des Amtes Villmergen.¹⁾

Da (in Schongau) und in den vorgeschriebenen dörfern liegent güter, der ein teil der herschaft eigen ist, ein teil höret gen Mure, und ein teil gegen Münster, die geltent alle mit einander niht mer den ein pfunt Denar.

¹⁾ Für Münster Farwangen, Meisterschwanden, Rüdinkon, Hilfikon, Büttikon.

Pfeiffer Urbar 168. Quellen zur Schweizer-Geschichte XIV, 171.

Nr. 268.

Auszug aus dem Habsburgischen Urbar.

(Dú rechunge über das Gotzhus ze Münster.)

Ze Münster über das gotzhus, lüte vnd güt ist dù herschaft von Kyburg vogt (âne) über die güter, dù nûwnes dem gotzhus geben sint vnd âne dù güter, dù sunderbar ein(em) probst anhôrent und âne dù güter, dù an die pfrundlehen vnd an die altar hôrent.

Die selben vogty hat dù herschaft von dem riche ze lehenne vnd giltet der herschaft nit mer jerlich denne L xxx v lb; der hôrent v lb. (den), die dù L xxx lb. angelegent und insamnen.

Das dorf ze Münster git öch ze vogtrechte jerlich nit mer denne an Sant Michels tage iij lb. der mûntze, die da danne genge vnd gebe ist; vnd sol dieselben stûre ein probst uflegen vnd insamnen vnd antwûrten einem Vogte uswendig dem gerichte des selben dorffes.

Die lüte des selben dorffes sprechent uf ihr eid, das dù herschaft nit habe ze schaffene mit ihr eigenen lüten, mit fryen lüten, mit harkomen lüten oder mit Gotzhuslügen, die wile si sitzert in demselben Dorfe. Die selben sint öch verrichtet mit der vorgenanten stûre. Sie sprechent öch, das dù herschaft dawider hat ein ander recht: Daz das gotzhus nit hat ze schaffene mit des gotzhus lüten, die seshaft sint in der herschaft vestinen.

Ein probst hat in dem dorfe ze Münster allú gerichte
âne dûb vnd totslag; die sol ein vogt richten uswendig esters
des selben dorfes. Vallet öch da von deheimer slaht güt oder
pfenninge, des werdent zwei teile dem probst vnd der dritte
teil der herschaft. Du herschaft nimet den halb teil der
velle von allen ussidelingen, die das gotzhus anhôrent. Es
nimet öch ein vogt von je dem manne, der uf des gotzhus
gûte sitzet, ân uff der herren hofe, ze füter vnd ze erne II: vierteil
dinkel oder habern. Das mag treffen ie des jares uf xlii $\frac{1}{2}$, malt.
Die herren hant das recht, das si mûgent nemen jerlich ij malter
von dem gotzhus ze Münster; ze meigen und ze herbst, ie das
male mit xL rossen.

Das gotzhus von Münster hat vischer ze Böschenroden;
die gebent der herschaft c kanba(l)cken.

Ze Witwile git je der man, der die herschaft anhôret,
ein vasnachthûn. (Dú herschaft hat da twing und ban und
richtet dûb vnd vrefel.)

Ze Adelswile git je der man, der die herschaft höret,
ein vasnachshûn. Dú herschaft hat da twing (und ban und
richtet dûb und vrefel.)

Ze Nudorf git je der man ein vasnachthûn. Dú herschaft
hat da ze richten dûb vnd vrefel. Si lihet die Kilchen;
dú giltet xvj; marchas übern pfaffen.

Ze Guntzwile git je der man, der die herschaft an-
hôret, ein vasnachthûn. Dú herschaft hat öch da ze richtenne
dûb vnd vrefel.

Ze Oberkirch git je der man, der die herschaft an-
hôret ein vasnachthûn. Dú herschaft richtet da dûb vnd
vrefel. Dú herschaft lichet öch die Kirch; dû giltet über den
pfaffen xvj; marchas silbers. Dú selbe Kirch hat v schuppozen
zù ir wideme; die geltent der herschaft ze vogtrechte VII. β. denar.

Ze dem Hofe ze Niedernhofe, des eigenschaft gen
Eynsideln höret, giltet (man) ze vogtrechte iiiij lb vnd ij β.
Es git öch je der man, der des hofes güt buwet, ein vasnach-
hûn. Die herschaft hat da und zù dem obern hofe twing
vnd ban vnd richten dûb (vnd) vrefel.

Ze Stege git je der man, der die herschaft anhöret, ein vasnachthün. Dú herschaft hat da vnd ze Sigerswile vnd ze Werdingen vnd ze Toboltzwile twing vnd ban vnd richtet düb vnd vrefel.

Ze Pfeffikon git je der man, der die herschaft anhöret, ein vasnachthün. Dú herschaft hat öch da ze richtenne düb vnd vrefel.

Ze Swartzembach lüte vnd güt geltent nicht mer ze vogtrechte denne j malter habern. Dú herschaft richtet da düb vnd vrefel.

Ze Walde, in dem Gerúte, in der Nidren Hübe, in der obern Hübe hat dū herschaft twing vnd ban vnd richtet dūbe vnd vrefel; vnd git je der man, der die herschaft anhöret, ein vasnachthün. Dú herschaft hat öch ze Hilt-prechtingen und ze Beche düb vnd vrefel. Da git öch je der man, der die herschaft anhöret, ein vasnachthün.

Dù wideme der kilchen ze Surse giltet jerlich ze vogtrechte von xv schupposen jꝫ und ij β.

Ze Schenken git je der man, der die herschaft anhöret, ein vasnachthün. Dú herschaft hat öch da ze richtenne düb vnd vrefel.

Abgedruckt: Geschichtsfreund Bd. VI. pag. 56—58.

„ Habsb. österr. Urbarbuch Dr. Fr. Pfeiffer
(Bibl. des Literar. Ver. Stuttgart, B. XIX) pag. 199—201.

Abgedruckt: Habsburg. Urbar. Dr. Rudolf Maag
(Quellen zur Schweiz. Gesch. B. XIV.) pag. 225—233.

Nr. 269.

1304, 15. März, Münster.

Jahrzeitstiftung des Chorherren Hugo von Ratberg.

Nouerint igitur vniuerfi, quod ego Hugo de Ratberg,
Canonicus huius Ecclesie Beronenfis, ad fedem apostolicam
prefecturus, de prouentibus anni gratie mihi debitiss de
Geschichtsfrd. Bd. LX. Urkunden Beromünster. 21

prebenda Ecclesie predicte ratione laudabilis confuetudinis¹⁾ nuper a nobis edite et statute, sic ordinandum duxi nomine testamenti, vt videlicet eisdem fructibus per ydoneas personas a — — preposito et capitulo Ecclesie prehabite destinatas, diligencius recollectis possessiones amantur de quorum fructibus seu redditibus in tres partes ex equo diuisis, due partes canonicas, qui vigiliis a prima lectione usque ad finem misse quo quam interfuerint et in ea obtulerint dividatur. Tertie vero partis similiter in tria diuise, due partes prebendariis, qui predictis et memento predicto interfuerint, excepto quod non teneantur offerre, tercia vero in pane pauperibus erogetur. Constituo insuper viros discretos dominum Hugonem prebendarium ac R. de Liebegga, Canonicum Ecclesie predicte huius executores testamenti, eo videlicet, modo, vt si me extra terram uiam carnis ingredi contigerit vniuerse, ipsi — — prepositum, qui pro tempore fuerit, ad predictorum omnium perfectionem ammoneant et inducant. Actum loco predicto anno domini M⁰ CCC⁰ IIII⁰., Idus Marcii, Indictione Secunda, presentibus et ad hoc vocatis dominis Volmaro de Wintertur, P. de Berona, Jacobo de Bütinkon, D. de Berona et H. de Rinach, canonics, Hugone predicto, Berchtoldo de Seconis, P. dicto de Hübbon, et R. capellano sancte Marie prebendariis Ecclesie predicte.

Liber crinitus fol. 31, fol. 38,b.

Nr. 270.

1304, 28. Mai, Baden.

Schirmbrief König Albrechts für Münster.

Albertus, dei gratia Romanorum Rex, semper augustus.
Vniuersis Sacri Romani Imperii filiis delibus. Gratiam suam
et omne bonum. Nouerit prefens Etas et futuri temporis
successura posteritas, quod nos de solita gratia, et confueta
benignitatis nostre clementia, honorandam Ecclesiam Beronen-
sem, sitam in Episcopatu Constantiensi, sub nostra speciali

¹⁾ fol. 38, b - laudabilis constitutionis.